



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De Auaritia & quale sit peccatum cap. 24. 25. & 26.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

aut finem ultimam in his reponat  
vel ob malum finem honoré ap-  
petat, ut scilicet de inimicis vici-  
atur: nūc enim peccat mortaliter

*De Auaritia & quale sit pecca-  
tum. Cap. 24. 25. & 26.*

**A**varitia est secundum virtutē  
capitale: & est \* amor im-  
moderatus habendi. Aua-  
ritia namque consistit in acquisi-  
tione, vel retinendo pecunias, & res  
alias utiles immoderato affectu.  
Quando versatur circa aliena ea  
accipiendo, vi non restituendo est  
contra iustitiam, & peccatum mor-  
tale nisi leuitas materiæ, vel deli-  
berationis defectus excusat. Quā-  
do versatur circa propria est contra  
liberalitatem, & nō est mortale nu-  
si charitatis præcepto opponatur,  
& idem dicendum est de prodigi-  
litate quæ Avaritiae opponitur, f.

liæ Auaritiæ sunt septem: Obdura-  
tio, Inquietudo, Fraus, Fallacia, Per-  
iurium, violentia, & Proditio.

*De Eleemosyna quid sit : Et quæ  
Eleemosynas possint elargiri,  
An Religiosi & Filii.  
Cap 27.28.29. & 30.*

**E**leemosyna est, opus, quo in-  
digentiæ alicuius subueni-  
tur, ex misericordia proce-  
dens. Velle enī subuenire, est  
misericordiæ actus, & illud opus,  
quo talis subuentio fit, Eleemosy-  
na nuncupatur, quæ latine miseri-  
cordia dicitur. Inferiores & famu-  
li possunt Eleemosynas facere, in  
extrema & graui necessitate, de  
bonis dominorum, & quando ex-  
pressam, vel tacitam habent supe-  
riorum facultatem. Religiosi ultra  
hos casus, etiam cum iter faciunt,  
vel student in aliqua vniuersitate,